



**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

4. Quo tempore disceptatio inter Ieremiam & Hananiam acciderit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

Quando hac disceptatio inter Ieremiam & Hananiam acciderit.

Controversiae praesentis cardo in eo vertitur, quod non appareat, quomodo hoc verbum dicatur factum in principio regni Sedeciae, & simul in anno quarto. Qua de re quatuor opiniones reperio. Prima est hanc prophetiam contigisse, anno primo, siue initio regni Sedeciae, eundem annum fuisse quartum anni hebdomadae, siue ab anno Sabbatico, quem Hebraei quartum Semite appellant. Probatio sumitur ex Chronologia, quae annum primum Sedeciae, cum quarto Semite componit, suffragante antiqua Hebraeorum traditione, qua aduersus ad anni Sabbatici finem refertur, ut patet ex sequenti laterculo.

Status
quasi.
Opinio.
Probatur.

Anni Sedeciae. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.
Anni Semite. 4. 5. 6. 7. I. 2. 3. 4. 5. 6. 7.
Hunc locum interpretatur Varabius, Scaliger, Capellus; probatque ex Sedeciae Olam, ubi Ioakim in medio *tubilai*, migrasse dicitur: putat tamen Capellus, 3400. legendum in medio *hebdomadis*. Consentit Sethus, dum hoc Ieremiam cum Hanania certamen, anno 1. Sedeciae adscribit. Quam interpretationem nonnulli ex Orthodoxis admittunt, ut Cornelius, qui aliorum supputationem refert, asserentium annum 15. Ezechiae fuisse Sabbaticum, inde usque ad primum Sedeciae fluxisse annos 116, qui per 7. diuisi, dant 16. annorum hebdomadas & annos 4.

2. Verum haec opinio potentes habet aduersarios, nempe omnes sequentium interpretationum asseclas, cum Lyrano, ac in primis ipsos 70. Interpretes, qui dilerte tradunt Hananiam, ea quae hoc capite narratur, anno 4. Sedeciae locutam ad Ieremiam. Enimvero, licet annus primus Sedeciae fuerit quartus Semite: non tamen idcirco haec propheta ad annum primum Sedeciae debet applicari, obfistente 70. Seniorum auctoritate, qua id quod in Hebraeo obscurum erat, sic illustrarunt, ut clare testarentur, hanc Ieremiae cum Hanania disceptationem, anno 4. Sedeciae habitam.

Contrar.
opinionem.

3. Supputatio quam ex alijs refert Cornelius, vitio non caret, vndecumque tandem id proueniat. Si enim annus decimusquintus Ezechiae fuit sabbaticus, debet ab illo 116. annorum numero excludi: sic autem reliqui erunt, anni Ezechiae 14. Manassae 55. Amon 2. Iosiae 31. Ioakim 11. Sedeciae 1. ex quibus non nisi 114. colliguntur; qui si in 7. distribuuntur, dabunt 16. annorum hebdomadas, & annos 2. Itaque si annus 15. Ezechiae fuit Sabbaticus; primus Sedeciae erit alter, non quartus à Sabbatico.

Contra
supputa-
tionem il-
lius.

i 3

4. Mihi

ppi

ologia
amanti

V
a.

*Alia sup-
putatio
melior.*

4. Mihi anno ante æram Christi 717. aperitur decimustertius Ebraicus in autumno sabbaticus: anno verò ante eandem æram 601. initium regni Sedecie constituo, & mensè Tisri annum 4. Semitæ ineuntem puro, iuxta doctrinam, quam sub finem libri Deuter. de annis sabbaticis (secundum computationem) in eam computationem inductus. Annum secundum Darii templi instauratione nobilitatum, anno ante Christi æram 520. ambo locis animaduerti, vt patet ex notis ad 1. Esdræ 4. v. 24. numer. 1. Annum vsque ad istum annum Darij secundum, Scriptores, auctoritate, numero insignes, annos 70. computant, Clemens Alex. Eusebius, Hieronymus, Augustinus, Iulianus Toler. Nicephorus Const. Theodoretus, Beda, Ado, Marianus, Schafnaburgensis, Freculphus, quos laudat Hieronymus 2. Paralip. q. 6. num. 6. Taceo recentiores, Riberam, Carkium, & uersio Ierosolymitana mihi incidit in annum ante Christi Epocham annum vñdecimus Sedecie, & Sabbaticus absoluebatur: atque ita hoc primum Sedecie in quartum semitæ incurrisse. Præfens autem negotium cum Hanania anno 4. Sedecie contigisse, nec Latinus nec Hieronymus, sed potius annuit: Septuaginta verò Seniores, ne dubitandi locum gerat, diserte affirmant.

*Interpre-
satio Au-
thoru.*

5. Quocirca, annum quartum cuius hic mentio habetur, postquam quartum semitæ, siue requietis, licet in primum Sedecie incidit, non primo recipiendam esse 70. Seniorum translationem, Latine & Hebraice non aduersantem, tum quia rationi valde consentaneum est, tum quia Scripturæ expositione, inspicimus in obscuris, quod est verisimilium, vbi fieri consuevit, vt in materia iustitiæ fieri assolet. Plerumque autem, vt semper, notandis prophetijs & factis historijs digerendis, anni reguntur, & in dubijs, 70. interpretum auctoritas minimè contemnenda, autem Semitæ, in diuinis literis, ad certas temporum notaciones adhibeantur. Quod si forte alicubi factum fuerit; huic tamen loco concessum putarem, sicut ea que raro accidunt, non temerè in agendis negotijs computantur: igitur quæstio, quid sibi velit istud: in principio: quod sequentibus explicandum.

*Opinio 2.
valde in-
certa.*

6. Secunda opinio est Rabbi Salomon, cui subscribitur Lyranus, cum, & nonnulli alij, annum quartum Sedecie dici principium regni non tunc primum initi, sed à rege Babylonie confirmari, quando Salomon inquit, prefecit eum quinque regibus, nempe vt eorum tributum coegerit: interpretatio est valde incerta, cum non constet de tributo ab illis regibus uendo, nec appareat ratio, cur Sedecias rex antea à Chaldeo confirmari tempore confirmari debuerit, aut noua annorum illi æra recudenda.

P.
H. Phil.

Chrono-
log. Test.

A 1
17

ait, illam Rabbi Salomonis interpretationem, natam esse à Rabbinorum cerebro, quod in familiaribus est, cum emergere à difficultate non possunt, aliquid confingere, à quo si rationem exquiras, quid respondeant, nihil promptum habent, nisi fabulam.

7. Tercia opinio est eorum, qui censent prima huius capituli verba: *Et factum est in anno illo, in principio regni Sedeciae regis Iuda, denotare annum 1. Sedeciae & spectare ad præcedentis capituli prophetias: sequentia autem, in anno 4. in mense quinto, esse initium narrationis de Hanania, & intelligenda de anno 4. non lemitæ, sed regni Sedeciae.* Ita Castrius, & ex parte Sanctius. Probant; quia septuaginta, Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, nulla de principio regni Sedeciae facta mentione, res cum Hanania gestas, ad annum 4. Sedeciae referunt. At responderi potest, apud 70. in Hieronymi, Rabani, Theodoreti commentariis nullam fieri mentionem principij Sedeciae, quasi ab anno 4. illius distincti, sed omnes huius & duorum præcedentium capitulum prophetias, coniici in annum 4. vel Ioakimi, vel Sedeciae. Sic istorum trium patrum auctoritas tertiam opinionem refutat, quartam propugnat. Deinde si hæc opinio esset vera, textus Latinus & Hebræus corrigendus esset, quia principium regni Sedeciae, & annum 4. eiusdem, vna eademque verborum periodo comprehendit, & cum facinore Hananiae coniungit.

8. Quartam igitur opinionem sequor, quæ retinet inuariatam Hebræi textus & Latini lectionem, prout est apud S. Hieronymum, & in editione vulgata Sati V. hoc modo: *Et factum est in anno illo, in principio regni Sedeciae regis Iuda, in anno quarto, in mense quinto, dixit ad me Hananias, ita ut mentio anni quarti, sit modificatio eius, quod præcellerat, in principio regni Sedeciae, q. d. non omnino in principio fuit, erat enim iam annus quartus: sed vocatur principium, quia vicesim annis regnavit.* Ita Mariana hunc versum exponit, asserens hanc interpretationem esse planissimam, cæteras violentas videri. Idem censet Emmanuel Sa, dum hic subaudit particulam *nempe*, ut sensus sit: *in principio regni Sedeciae, nempe anno 4. illius.* Idem est sensus S. Hieronymi, qui tum in textu, tum in commentario, describit primum huius capituli versum, prout illum iam exhibet Vulgata editio, tum subiungit: *Fis autem sermo Domini sub rege Sedecia, in anno quarto regni eius, & in mense quinto: necdum Propheta Ezechiel vaticinante in Babylone.* Vnde apparet S. Doctorem annum 4. Sedeciae non distrahere ab illo principio, cuius ibi fit mentio. Consentit Hugo, Dionysius, Maldonatus, hic, & Salianus ad annum m. 3439. numer. 17. admittit Tornellus ibidem numer. 4. & Sanctius ad huius capituli initium: nec meliori modo cum editione Vulgata conciliari possunt Septuaginta.

9. Solum

ippi

ologia
amenti

V

Conclusio:

P.
H. Philo

Chrono
vet. Test.

A 1
17

Explicatur conclusio.

9 Solum est difficultas; quomodo annus 4. Sedecia, dici possit regni illius? qua de locutione bene philosophantur Sanctius, Salmasius, qui aduertunt spatia quælibet temporum, solere in tres partes diuisum, medium, finem: quæ tertiam partem totius interualli non erant principium vulgari modo referri. Quintus autem mensis (cuius dicitur Jeremias) anni 4. Sedecia, ad tertiam partem temporis, quo cognatum tingit. Quemadmodum, inquit Sanctius, nemo improbaret hæc locutionem, si octauo Sedecia anno, in fine illius regni contigisse diceret: sic neque quædam dicitur si in principio factum arbitrere, quod post tres annos & menses à principio factum est. Simili loquendi modo vitur Castrius in Chronotaxi huius libri Anno, inquit, secundo vel tertio in principio regni Sedecia propheta. &c. Si autem Sedecia, principium regni eius vocare licet: non video, cur ad annum delinentem hæc locutio extendi non possit: hic enim non rigore dicitur sed libertate vulgari agimus.

QVÆSTIO V.

Quorsum referatur mensis quintus cuius fit mentio.

Conclus. 1.

1. AD annum sacrum Hebræis vsitatum refero: cum enim alibi Scriptura notati ad annum sacrum referri soleant; non est, quomodo more consueto recedamus. Quare non assentior illis, qui hunc mentem tum à die enthronisini Sedecia computant: sed existimo hunc mentem esse eum, qui Iudæis Ab vocatur, cuius die decima, cunctis Nabuzardan. Ierem. 52. v. 12.

Conclus. 2.

2. Existimo etiam, illam orationis particulam, in illo anno, commo ad ea, quæ præcedenti capite describuntur, q. d. illo anno, quo Iudæias vincula & catenas quinque regibus mittendas fecit, ac libi sacra sacra vasa templi Babylonem transferenda prædixit, illo inquam, non procul ab initio regni Sedecia distabat, erat enim quartus mensis, dixit ad Ieremiam Hananias, &c.

Resp. 1.

3. Dices: Sedecias anno 4. regni sui Babylonem profectus est. Ierem. 59. Legati verò quinque regum post eius reditum, Ierosolymam venerunt; & cum Hananias Ieremiam negotium facessuit: quomodo post mense anni facti hoc fieri potuit? Resp. 1. Certum est ex loco sacra regiam non prius Ierosolymis mouisse Babylonem, quam annus quartus iniret, nec est valde probabile, post reditum Sedecia Ieremiam istosci præsto fuisse; sed aliquanto post, à suis regibus ablegatus.